UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Desiderii occisionis multorum

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

Visual Library

Occiſio multorum.

61 Si ſimul, unica verbi gratia exploſione bombardæ occidis decem, viginti, plures homines, ſatis *d* eſt ſi dicas ſ uno ictu occidi multos. Non ſufficit autem dicere uno ictu occidi hominem, ſeu feci homicidium: quia ſic Confeſſarius intelligeret te unum tantum occidiſſe, atque adeo non fatereris tuum peccatum, quo occidiſti plures; at dicendo cum illa generalitate. occidi multos, intelligit, quantum ſatis eſt peccatum, quod de facto commiſiſti.

d *De Lug. ib. n.* 141.

Deſiderium occiſionis multorum, & copulæ cum multis.

62 Qui unico actu deſiderat occidere decem, viginti, plures, *e* quique unico item voluntatis actu concupiſcit copulam, cum tribus, *f* cum decem, cum pluribus fœminis ejuſdem rationis; ſatis propter eamdem rationem eſt, ſi in Confeſsione di-

e *De Lug. ib n.* 135. *fine.*

f *Idem ib. n.* 141. *fin.*

cat, ſemel deſideravi occidere plures, & ſemel plures fœminas liberas concupivi.

Detractio multorum.

63 Qui unico actu detractionis multos ſimul læſit, propter eamdem rationem non eſt neceſſe *g* ut numerum perſonarum læſarum aperiat; verbi gratia, ſi quis detrahat familiæ, vel domui, vel Religioni, ſive numeroſa ſit, ſive modica; ſatis abundeque eſt ſi dicas, detraxi cuidam familiæ, &c. An explicanda vel materia, vel conditio perſonæ infamatæ, vel numerus perſonarum coram quibus exhibetur detractio, infra dicetur ſuo loco c. 9 § 1.

g *Idem. ib. n.* 134.

Scandalum pluribus datum.

64 Qui ſuo unico actu peccat minoſo ſcandalum eſt aliquibus, ſeu occaſio peccandi ne ſit ſolicitus explicare numerum aſtantium, ſatis enim habebit *h* ſi dicat, fui ſemel multis occaſio peccandi

h *De Lug. n.* 135.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN